



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Ulrichi Hvtteni Eqvitis Germani Opera Poetica

Hutten, Ulrich von  
[Frankfurt am Main], 1538

VD16 H 6395

In Tempora Ivlii Satyra.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13027**

## HYTTENICA.

Gloria sylvarum fraxinus alta suum.  
Nudat hyems patulas fagos, platanosq; uirentes,  
Rarescit tactis ulmus opaca comis.  
Nec semper liliæ uirides, et populus ingens,  
Quam mox occulerat, ionsa renudat humum.  
Hoc molles faciunt uiolæ, sic lilia marcent,  
Nurit odoratas et breuis hora rosas,  
Se quoq; q̄ pulchra est, non semper amaracus effert,  
Qua fuerat perdit, nardus odora decus.  
Quod gratū est, nō semper habet narcissus, et aufert  
Quam tibi præbuerat formam hyacinthe dies.  
At uiret extremum Phœbo sacra laurus in æuum,  
Bacchica perpetua fronde uirescit helyx.  
Sic, nisi non rectè mea mens sibi conscia, Cæsar  
Si tibi quid scribam, non morietur opus.

## IN TEMPORA IV=

### LII SATYRA.

**H**oc mens illa hominum, partem sortita deorū  
Et pars ipsa dei, patitur se errore teneri  
Has ruit in tenebras? adeo sine lumine fertur?  
Ut scelere iste latro pollutus iulius omni,  
Cui uelit occludat cælum, rursusq; recludat.  
Cui uelit, et possit momento quemque beatum  
Efficere, aut contrà, quantum quis cunq; bene egit,  
Et nixit bene, si lubeat, detrudere possit

Ad

EPIGRAMMATA

Ad Stygias pœnas, & Auerni tartara Ditis;  
 Et quod non habet ipse, alijs diuendere cœlum;  
 Vsq; adeo errori diuina obnoxia mens est,  
 Vt piscatorem posse omnia uertere Iulum  
 Credat? & inuito cœlos expendere Christo?  
 Et nunc ille uagum spargit promissa per orbem,  
 Qui cædem & furias, scelerataq; castra sequantur,  
 Se duce, ut his cœlum pateat. Quæ fraude tot urbes,  
 Et tot perdidit ille duces, tot millia morti  
 Tradidit, & pulsa induxit bella acria pace,  
 Tranquillumq; diu discordibus induit armis,  
 Et scelere impleuit mundum; fasq; omne nefasq;  
 Miscuit, inq; isto caereret cum classica motu;  
 Naufraga direpti finxit patrimonia Petri;  
 Vindice se bello asserere, atq; ulciscier armis,  
 Quoq; minus sibi uerba dari quis sentiat, implet  
 Maiestate nefas, & stipatoribus illis  
 Grande facit nomen, iamq; est Ecclesia Christi  
 Latronum illa manus. O seclum, o pectora cœcis  
 Nubibus, & miserando à se immutata stupore.  
 Lucem ipsam, & nudum non agnoscencia uerum;  
 Obductum nebulis uanum admirantia ficum.  
 Non hominem penes est, cœleste expendere donum;  
 Nedum hoc ille latro sceleratum uendat in usum.  
 Tum quantum à Christo est alienum, hoc pacis aliunde  
 Sanguine commaculare manus? & cæde nefanda  
 Perfurere? illa autem diuinæ habitatio pacis  
 Quæ sorte hæredes Ecclesia uenit ad istos?

Præd

## HVTTENICA.

Præterea, quis recta sequi, iustumq; tueri  
Vltius sanctum ducet, si præmia uitæ  
Ille ferat, morum parte inquinatus ab omni  
Ille ferat non uir, qui quæ patiturq; facitq;  
Si tribuas aurum, faciasq; ipse, et patiaris,  
Condonat, labemq; adimit, purumq; reducit?  
Siccine res superum est, humano obnoxia ludis?  
Quæ animum capimus ciues, ad nosq; redimus,  
Et rectè atq; piè uiuentes, summa putamus  
Regna deum nobis cessura, ipsosq; beatos,  
Et sanctos fieri, quos non sanctissimus ille,  
Verum opera ipsa beati, eademq; superna recludit  
Haud clauis, nullum, quas hic ueterator in usum  
Ostendit populo, iactatq; in simplici turba.

**VLRICHI AB HVT-**  
**TEN EQVITIS GERMANI AD IN-**  
**uictissimum Principem Maximilianum Ro. Impera-**  
**torem, ut bellum in Venetos ceptum, prose-**  
**quatur, Exhortatorium.**

### PRAEFATIO.

**I**N loco audacem esse apud te, si peccatum est Cæsar, peccaui ego, qui hoc ad te exhortatorium con-  
cinnavi imprudens. At quid istius temporis aliud  
facerem? Tantisper libitum insanire est, dū per æta-  
tem possim opera tibi aliqua mea prodesse. Quod si  
nunc